

Echinomelocactus in cereum spinosum transformatus. *Id. ibid.*

Echinopus Cretica. Exiguus Carduus, Spherocephalus, aculeis tenerrimis in Horto Patavino monstratus.

Echium Alcibiadis maximum fol. buglossæ major. & asperis fl. Cærul: magnis Insula Elba.

Erica baccifera foliolis latioribus. * Eadem strictioribus. *Pasim in Germania & Italia.*

— montana maxima fruticosa. fl. albo. *Hujus varietates quaedam sunt in Italia circa Padoam.*

Eruea echioides Africana fl. cærul. *Jac. Breyn. l. c.*

Esula minor frutescens spinis longis horridis. *Hæc in monte Juliano, prope Pisas in Hetruria copiosè provenit, nunc uncia unius, nunc duarum & plurium alta, multū ramulis oblongis, nudis, aridis, tanquam aculeis armatur. * — rotundifolia. Pasim in Germania.*

Euphorbio cognata vel Esulæ Indicæ Bontianæ. *Jac. Breyn. l. c.*

Euphrasia German. rubra dicta, fol. tenuioribus, fl. pallidioribus. *Circa Crosum Silesiæ Ducatus.*

— Italica fl. albo. * Eadem fl. luteo, varioque. *In Italia pasim: quamvis lucea quoq; ad Oderam March. Brandenb. reperiatur.*

Ficus Indica maj. sive Opuntia spinis validis, armata. *Jac. Breyn. l. c. * — Andrachnoides. J. G. Volckamer.*

Filicula taxatilis fol. coriandr. * eadem fol. rotundis leviter serratis. *Inter Alpes.*

Filix Indica Polypodii facie. *Ex Horto Leidensi habeo, & quia diversa videtur ab ea, quam describit Dn. à Stapel, comm. in Theophr. ideo iconem hic dedimus exactiorem. vid. Tab. 10.*

Filix corniculata quadruplex. 1. *Vulgari longè major, pedem longa, corniculis latè pulverulentis.* 2. *Media, fol. quidem latè, sed ut Adiantum dissectis.* 3. *Minor, vulgaris, corniculis trifidis.* 4. *Minima, corniculis vix conspicuis. Hæc in muris vetustioribus circa Padoam. Reliqua inter Alpium saxa observata.*

Fragaria sterilis major & minor. * eadem fl. pleno. * eadem fl. pleno botryoide, quem fructus insequitur botryoides, novem quandoque fragis constans. *Omnes circa Florentiam.*

Fritillaria crassa. *J. Bod. à Stapel. J. Breyn. l. c.*

Frutex Pavoninus sive Crista pavonis. *Id. ibid.*

Fungulus lichenosus lampyridis instar noctu serenâ lucens. *In paludosis March. Brandenb. & Misnia Mens. Octobr.*

Fungus Autumnalis bifidus, velut apex flammis Plinii. *Ex genere fungorum parasorum est, frequens Autumni tempore Mens. Sept. & Octob. in sylvis pinastretis Marchiæ Brand. spectatur. Quidam ungulam bifidam, quidam tiaram, Episcopalem mitram, velut apicem (ut loquitur Plinius) flammis, præstant. Edulè est. vid. Tab. 6.*

— Porosus communis intestinorum gyros referens. *In March. Brand. vulgò Morchel dictus, frequens est. Vid. Tab. 6.*

— pyramidalis & in metam fastigiatus: quadruplex. *vid. Tab. 6. Delicatiores præcedente est. ibid.*

— magnus calyciformis. *Ex genere fungi, Lupi crepitus dicti, est, qui vetustate disruptus calyce quodam semen suum pulverulentum continet. Ibidem reperitur. v. Tab. 6.*

— phallos maximus. *Hic in March. Brand. sub vetustioribus sagis rarè reperitur, præsentiam suam fetore hircino prodit, & venatoribus pro boletis cervinis (vulgò Hirschbrunn) habetur. Admiranda huic fungo inest vivacitas & vegeta efficacia, sequente experimento constans. Pharmacopæus aulicus noster, Fahrenheitius, senex jam octogenarius, duos fungos phallos quos in itinere sub sagis fortè offenderat, nondum tamen apertos, sed formam & magnitudinem ovi gallinæ referentes attulerat secum scatula clausos. Eodem die cum Berolinum redisset, scatulamq; ad fenestram posuisset, alter fungus, altero parùm maturior cum incalcesceret, effractis putaminis sui claustris in scatula erumpit, jamq; operculum scatula vi sustollere nititur. Pharmacopæo vasculum aperiens rigide instar haste Phallus penisformis ad stuporem viri profilit. Fascinum vir rarus mihi, virum eodem temporis articulo convenienti, miraculum monstrat. Intuebamur ambo Monstrum horrendum ingens, cui lumen ademptum, in ipsa viri manu ad visum crescens, & tanquam viveret, ultra longitudinem spitheam se erigens cum fetore spurco. Sic per biduum phallus eodem statu persistens, tandem emarcidus disfluebat. Alterum phallum, putamine suo adhuc clausum domum mecum attuli, & vix ades ingressus putamen quoq; perruptum sensi. Sed quoniam stylus phalli in ovo erat duplicatus & ita monstrosa partium fungi conformatio, quâ actio, erigendi se, impediatur cultro foramen rimamve ovi dilatabam, quò factò ex carceribus suis ægrè quidem egrediebatur. Tanta magnitudinis phallum apud Auctores non reperio, ideo maximum vocavi.*

Funguli caliciformes seminiferi. *Hos ter observavi sponte provenientes ad parietes Arcularum lignearum semipuridarum, itemq; in terra umbrosa putredinem ex lignis continente juxta ædificia lignea, tempore veris & autumnis, tempestatibus pluviosis & serenis alternatim mixtis. Erumpunt primò instar globulorum pyriformium: post diem unum alterumq; superius debescunt, & aperti jam formam*